

piscoporum, pro quo ap- pletatis Religiōs.

minor enim non curanda, quia damnus Eccle- sia relictā, ad quam maior ob consuetudinem profectus deriuabitur, dignā est etiam attentione pensandum: vnde quæ speratur in aliā vtilitatis accretio, incerta redditur, maiusque ex hac muta- tione dispendium, quam captandum commo- dum, vt ex Cassiani iam auctoritate firmatum.

Valida ar- guitur ex eo quod o- lectus po- test non ad- mittere promo- tionem, sicut primariam electionem.

38 Pro quo est aliud satis mihi robustum argumentum. Nam si electus ad aliam Eccle- siam elezione non annuat, minimē ad nouum illud onus subeundum compelletur. Licet enim Summus Pontifex compellere possit, id tamen est, magnā necessitate aut vtilitate interueniente; aliās non rectē faciet, medio vtens adēo acri & insolito, ad dissoluendum spirituale Matrimo- nium, quod, vt fatetur ipse, *Ecclesiarum necessitate vel vtilitate pensatā, non humanā, sed diuinā potius auctoritate dissoluit*; vt iam vidimus. Ideo vltus ali- ter habet, & promotionē nō acceptans in prioris sponsæ gremio finitur requiescens. Ex hoc iam arguo. Ergo in ordinariā Ecclesiarum mutatione non est momenti alicuius vtilitas. Patet illatio, quia si talis esset, non possent turā consciant illi, ad quos prouiso pertinet, non acceptantibus acquiescere, cum ad maiorem earum vtilitatem procurandam teneantur. Cum ergo acceptent, sicut & primariam renuntiationem in nondum Episcopis, signum est de maiori Eccle- siarum vtilitate non esse sollicitos, vt eam cen- seant ex huiusmodi mutationibus prouenturam. Quod si dicant attendi quidem vtilitatem, sed reculante vno, alium paris meriti conquiri. Tunc sic. Ergo cum inueniri alius possit, non est con- ueniens hunc eligi, ad cuius promotionem nec- cessaria est dissolutio Matrimonij spiritualis, quæ secundum se disconueniens est, & sine magni alicuius boni intuitu nequit honestari. Et hæc, vt dixi, in Indiis magis vrgent, vbi eminens pro- specta fallit vtilitas, & vacationum incommoda cominus sentiuntur.

Dilatatio Consecra- tionis quàm in Indiis fre- quens, & exitiosa. Cap. Quo- niam.

39 Et illarum quidem frequens causa est dilatio consecrationis ob Bullas nimis quantum retardatas. Cuius dilationis periculum Pelagius Paparecognoscit, vt habetur in *Cap. Quoniam* 100. dist. illis verbis: *At per hoc Episcoporum conse- cratio viduatis Ecclesiis non sine periculo protelatur*. Sic ille. Cui quidem incommodo à Regio Consilio satis videtur occursum, dum pariter cum prouisi- one Regiā prouiso iniungitur ad Ecclesiam suam profectus, dum Bullæ expediuntur, & Ca- pitulo Cathedrali simul hortamentum dirigitur, vt gubernationem eidem deferat, ne indigenæ Pastoris curā diu destituti damna ineluctabilia, quæ iam vidimus ex attestatione sacrorum Can- onum, patiantur. Et hoc quidem si fieret, dama- na dicta, licet non penitus, magnā tamen ex parte cessarent. Non fit tamen, & sunt qui Eccle- sias adeant ante consecrationem, causas sem- per suo iudicio verosimiliter obtendentes. Res ergo hæc momenti tanti pressius disponenda, se- riā deliberatione Consilij, & Pontificis consul- tatione. De quo quidem actum iam, vt apud Dom. Solorzanum videri potest *Lib. 3. Cap. 13. num. 113. & seqq.* & in *Politica Lib. 4. Cap. 13. versus finem*. Et licet quædam abhibere cautio- nes, parum nihilominus & profecerunt & sunt semper profecturæ, dum non valida securis ad

Illis non satis occur- sum per s- chedulam gubernationis.

radicem arboris admouetur.

40 Quod si quidquam meum esset in hac causa iudicium valitum, sic profectō consul- rem, vt Indiarum Episcoporum confirmatio à Legato, vel Nuntio in Curia existente petere- tur, & quidquid ad Consecrationem ex Aposto- licæ Sedis præscripto necessarium fuerit, Sede ipsā Apostolicā Vices suas Legatis & Nuntiis ad hæc munia conferente, & cum obligatione ad eandem Apostolicam Sedem pro Bullis ob- tinendis, vbi primū oportunitas fuerit, re- currerendi. Quod equidem non debet reputari ab- surdum: extraordinaria enim quæ occurrit, non sunt ordinariis modis aut medijs disponen- da, & aliquid remittendum de iure, vbi exacta iuris obseruatio incipit esse damosa. Regibus Catholicis pro moderatione Indiarum multa sunt ab Apostolicā Sede præter aut etiam con- tra communes regulas iuris indulta, vt sint non pauci, qui censeant eum esse Sedis eiusdem Le- gatum, vt diximus *Titulo præcedenti Cap. 15.* quod in laicā personā quis non censeat admirandum? Ergo & pro Indiarum bono id, quod vti conueniens profero; poterit cum minori admiratio- ne præstari. Pro quo facit *Cap. Valde 94. dist.* in quo sic ait Symmachus Pontifex: *Valde necessa- rium prospeximus esse, vt sicut Prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni eademque personæ omnia committamus: & ubi presentes esse non possumus, no- stra per eum, cui præcipimus, representetur auctoritas.* Quapropter Petro &c. Poterit etiam facultas con- firmandi Indiarum Patriarchæ concedi, quo pacto dignitas illa non erit nudi tituli, sed de re maximē Indici Ecclesiis conuenienti.

Quid in eo videtur opportunius scilicet confirmant- di vices a- licui tri- buti.

Roboratur ex conce- sionibus a- liis pro In- diis.

Ex Apo- stolicæ Sedis stylo.

Cap. Val- de.

Non sem- per illa Sedē Apostolicā referuata, pro quo iura varia iuxta que aliis ad tri- butum.

D. Leo Magnus.

Cap. Epi- scopos.

Gaspar Pontifex.

Gaspar Pontifex.

dis omnibus censeatis. Neque sibi quemquam, quod vo- bis antiquā dispositione concessum est, paciamini vni- dicare. *Cap. Quia per ambitiones 65. dist.* Pro quo & est tota *Distinctio 64.* & videri alia possunt a- pud P. Bauny Tomo 1. *Tract. 8. Quæst. 5. & seqq.* & apud Dianam Parte 10. *Tract. 1.*

Longinqui- tatis pra- fertim ra- tione.

Cap. Pu- denda 24. quæst. 1.

Pro Hispa- niā con- cessio spe- cialis. Cap. Cum longē.

42 Sed illud magis ad rem quod propter longinquitatem inuenimus priuilegium hoc à Sede Apostolicā non semel fuisse concessum. Sic enim loquitur Gelafius Papa in *Cap. Pudenda 24. Quæst. 1.* Is mos antiquus fuit, vt quia pro longinqui- tate vel difficultate itineris, ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari: ipsi se inuicem Mediolanensis & Aui- leiensis ordinare Episcopi debuissent: ita tamen vt in eā ciuitate, in quā erat ordinandus Episcopus, alterius ci- uitatis Pontifex occurrere debuisset: vt Ordinandus ele- ctio à præsentis Ordinate ex consensu vniuersalis, cui præferendus erat, Ecclesie, melius ac facilius potuisset agnosci. Sic ibi ob longinquitatem & difficultatem ei, de quā agimus, nullo modo comparabilem.

43 Pro Hispaniā verō extat Concilij Tole- tani 12. Canon. 6. à Gratiano desumptus, & *Dist. 63. Cap. Cum longē*, his verbis expressus: *Cum longē latèque diffuso tractu terrarum, comme- antium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut nequeat Regibus audientibus decedentis Præsulis transitus noti- ficari, aut de successore morientis Episcopi libera Prin- cipis electio expectari: nascitur sepe aut nostro Ordini de relatione talium difficultas, aut Regia potestati, dum consilium nostrum pro subrogandis Pontificibus susti- neret numerosa necessitas. Vnde placuit omnibus Ponti- ficibus Hispaniæ atque Galliæ vt salvo priuilegio vniuer- siusque Prouinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici quoscumque Regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani Episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet Prouinciis & in præcedentium Sedibus præfere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere suc- cessores: ita tamen vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, intra trium mensium spa- tium, Metropolitanus proprii præsentiam visurus acce- dat. Sic ibi. Ex quo longinquitatis & necessita- tis incomparabili discrimine ponderato, vt nu- per circa Mediolanum, & Aquileiam; alius op- portuna prouisionis modus occurrit: videlicet confirmatio Indiarum Præsulum Toletano An- tistiti, vtpotē Hispaniarum Primati committa- tur. Vacante autem Toletanā Sede, Legato, Nuntio, Patriarchæ, aut Hispanensi Archipræs- uli, vel alteri, qui commodior fuerit iudicatus. Quod dum non ita disponitur, sibi penitus per- suasum habeant Prouisores damnis & periculis vacantiarum nullatenus obuiandum: cum tamen nihil in rebus Indiciis occurat, cui de præsentiori magis debeat remediū prouideri.*

Toletano Præsuli confirma- tio merito com- mitta- tendā.

**CAPVI VI.**  
An Consilium Indiarum turā conscien- tiā caussarum decimium cognitio- nem & decisionem assumat.  
**S. I.**

Decimales causæ fori sunt Eccle- siastici, pro quo iura va- riant.

**Affertio prima proposita & comprobata.**  
44 **C**um decimales causæ spirituales sint, & ita Ecclesiastici fori ex *Cap. Tna*, de decimis. *Cap. Statuimus. Cap. In sa- cris. Cap. In canonibus. Cap. Similiter. Cap. Quia iux- Theſauri Indici Tom. 1.*

ta 16. Quæst. 1. *Cap. Decretum 10. Quæst. 1.* Ca- put autem *Conuenior 23. Quæst. 8. & Cap. Per lo- ctis 25. dist.* ab iis adducta, in speciali non loquun- tur. Pro quo & Dom Solorzanus *Lib. 3. Cap. 1. num. 37.* adducit *Clement. Dispensiosam, de iudi- ciis*, quæ tamen parum videtur conducere, quia ibi tantum decimarum causā inter eas numera- tur, quarum non est protrahenda tractatio, sed breuiter terminanda: sicut & *Decretalis Alex- andri Tertij ab eodem relata Lib. 4. sub titulo de iudiciis, incipiens Relatum*, cum in posteriori compilatione desideretur. Vrger tamen summa auctoritas Bullæ Cœnæ in 14. *Excommunicatione* Sedi Apostolicæ referuatā, vbi de decimis ex- pressa mentio, quarum iudicium prohibet à iudi- cibus secularibus vsurpari: quamuis non videa- tur omnem vsurpationem comprehendere, sed quando causæ tales à iudicibus Apostolicis ad propria tribunalia, & prætextu exemptionum & gratiarum, auocantur: de quo diuersæ sunt Scri- ptorum sententiæ, circa quas videri potest P. Pa- laus *Parte 6. Disp. 3. Punto 15.* Ad institutum tamen præsens omnino conducit, quia decima- les causæ inter spirituales recensentur. Cum in- quam causæ istæ tales sint, & ita aperta prohibi- tio, merito quæstio suboritur, de quā in *Titulo*, & eo præteritum, quia prohibitione dictā non obtante, videmus eam à Regio Senatu ad se a- criter aduocatum. Et quod id meritō factum, contendit Dom. Solorzanus *supra num. 42. & seqq.* vbi plures adducit id tenentes, & Regia item rescripta, quibus idem statuitur, aut supponi vi- detur. Pro quo & in *Politica Lib. 4. Cap. 1. Cir- ca quod*

45 Dico primò, Præter ius percipiendi duos Nouenos in distributione decimarum re- feruatos, nihil præterea Regibus Catholicis iuris conuenit vt Indiarum dominis, propter quod eorum Consilium possit se decimibus causis immiscere. Probatio est euidentis. Nam si spe- ciale aliquod ius competeret, id esset ob titulum donationis eidem factæ ab Alexandro Sexto, cuius tenorem adducit Dom. Solorzanus *supra num. 7.* Atqui hoc non sufficit; ergo nullus est titulus specialis. Maior est certa, & eam, qui ad- uertantur, admittunt. Minor autem ostenditur. **Primò.** Quia donatio hæc non habuit effectum: sic enim in illa Pontifex: *Postquam illa acquisita ac recuperata fuerint (vt præfertur) assignata prius realiter & cum effectu, iuxta ordinationem tum Dic- cesanorum locorum, quorum conscientias super hoc oneramus, Ecclesiis in dictis Insulis erigendis, per Vos, & successores vestros præfatos, de vestris, & eorum bonis dote sufficiente, ex quā illis præsentibus, earumque Re- ctors, se commode sustentare, & onera dictis Eccle- siis pro tempore incumbentiæ perferre, ac cultum diui- num ad laudem Omnipotentis Dei commode exercere, iuraque Episcopalia persolvere possint, decimam huius- modi percipere, ac licet & liberè leuare valeatis, au- thoritate Apostolicā tenore præsentium de speciali dono gratiæ indulgemus.* Sic Alexander. Tunc sic. Re- gibus Catholicis talis est facta concessio sub con- ditione onerosā fundandi & dotandi Ecclesias ex propriis bonis: ergo eā non impletā, dispo- sitio Pontificia non subsistit. Antecedens est ipsa concessionis forma, & consequentia certissi- ma ex indubitatis iuris vtique regulis: pro

Inde que- stio pra- sents.

Affertio 1. Præter duos No- uenos ni- hil iuris in decimis Regibus nostris competere.

Probatio ex eo quod donatio Pontificia non suffra- gatur.

quo

quo videri plures Textus possunt, quos adducit Glossa in Cap. *Verum, de conditionibus apposis*, & quæ adducit Dom. Solorzanus Tomo 2. lib. 2. cap. 11. n. 35. & 36.

*Conditione à Pontifice appositam non implentam.*

*Renuntiatio decimarum quomodo à Regibus Catholicis facta.*

*Ecclesiis Indiarum suum restitutum jus, ex quo efficaciter arguitur.*

*Verba Capitulationis.*

46 Tunc ultra. *Conditio dicta non est impleta, vt constat ex eo quod Reges Catholici Ecclesias ex propriis bonis non dotarunt, sed donatas sibi decimas redonarunt Ecclesijs, ex quibus illarum fundationes promotæ, & dotes pariter constitutæ. Sic constat ex formâ redonationis eiusdem, quam adducit Antonius de Herrera in Historia generali Indiarum Decade 1. Lib. 8. Cap. 10. pag. 278. vbi capitulationes & solemnitates adnumerat, quibus hæc facta renuntiatio Anno 1512. cum Bulla concessionis subdata fuerit Anno 1501. Illo autem interiecto temporis spatio executioni commoditas desuit ob ipsius breuitatem, & quia tunc non fuerunt certi & stabiles Diocesani locorum, iuxta quorum ordinariem negotium adeo graue transigendum Pontifex demandarat. Episcopis autem jam designatis, renuntiatio facta est, quibuscum id, quod erat expediens, post attentam considerationem, & doctorum virorum consultationem, solemniter est illa factio celebrata. Ex quo manifestum relinquitur donationem Pontificiam defectu impletæ conditionis minimè effectum habuisse. Res ergo in eodem statu relicta, quem, si non extitisset donatio, erat habitura? & ita ratione concessionis nihil speciale intercedit, ob quod decimarum causa debeat, aut possit, à Regio Consilio tractari.*

47 Deinde, à Catholicis Regibus jus, quod ad percipiendas decimas beneficio Sedis Apostolicæ competebar, Indiarum est Ecclesijs restitutum: ergo eum habet statum res hæc, quem habuisset non ex tantâ concessionem. Antecedens constat ex verbis Capitulationis, sic enim aiunt Ferdinandus & Ioanna eius filia Hispaniæ Regina: *Quefius Altezâ, porqi los dichos Obifpos con la Clercia, tengân charge de rogar à Dios por fus vidas, y Reales Estados, y por fus animas quando de este mundo partan, e de los Reyes, que en fus Reyno fuy edieren, e de los fieles Christianos, que adquiriendo y descubriendo las dichas Infulas murieron, les hacen merced, gracia, y donacion, desde agora para siempre lamas, de los diezmos à fus Altezâs pertenecientes en las dichas Iflas, y han por bien que los lleben, segun, e por la forma, que à fus Altezâs pertenecien por concesson y donacion, que de ellos les hizo el Papa Alexandro sexto de felice recordacion, &c. Cum ergo absolute faciant donationem, jus omne cedunt, quod est proprium donationi, quod & expressissimè profitentur postremis verbis, dum aiunt, *sibi bene placere, vt Episcopi & Clerus decimas habeant, iuxta eam formam, quâ ad suas Celsitudines pertinebant, secundum concessionem & donationem Alexandri sexti.* Omne ergo jus, quod ex donatione habebant, donatione transfundunt; vnde non remanet in eisdem; ne contradictio subfit manifesta.*

S. II.

*Responsiones quedam consutata.*

48 **N**ec dicas donationem quidem veram fuisse, sed non totalem, nisi respectu earum decimarum, quæ ex Insulis tunc detectis competebar: hoc enim instantiam habet manifestam. Nam id Ecclesijs donarunt, quod ipsis fuerat ab Apostolica Sede concessum. Aut ergo ab Apostolica Sede illarum tantum Insularum decimæ concessæ sunt; & sic quæ postea, detectis ingentibus tractibus, multiplices & pingues obueniunt, minimè Regalis juris erunt, & ita naturam suam spiritualem & Ecclesiasticam conseruabunt; ac proinde habemus intentum. Aut concessio ad illas, & omnes alias detegendas se extendit, quod ex Textu perspicuum habetur, verbis illis: *Indias & partes Indiarum acquirere.* Et inferius. *Et quia pro recuperatione Insularum, & partium prædictarum, &c. Atqui Reges Catholici donationem faciunt iuxta formam concessionis sibi factæ: ergo non ad prædictas tantum, sed absolute ad partes omnes Indiarum debet extensa iudicari.* Deinde. In tali decimarum remissione, quam perpetuam esse volunt, generaliter loquuntur, neque vllam aut detectam aut detegendam terram sibi reseruant; cum tamen ex petitione, cui Pontifex annuit, omnino constet illos de conquisitione aliarum terrarum cogitasse, & præsertim Regem Catholicum: Serenissima enim Isabella est cogitauerat, jam tunc in viuis non erat, sed eius filia Hispaniæ Regina, aut maioris illius partis: ergo cum reseruare potuerint, nec tamen reseruauerint, nihil planè videntur excepisse. Quando etiam ratio remissionis est generalis; sustentatio inquam sacrorum ministrorum, & suffragia animarum, tum suarum, tum successorum, & Conquistatorum. Item. Non occurrit coniectura aliqua, ex qua intelligi possit voluisse erga detegendas terras donationem coactare: videantur quæ in simili habet Dom. Solorzanus Tomo 2. lib. 3. cap. 12. n. 64. & 65.

*Renuntiatio fuisse totalem ostendendum.*

*Verba Alexandri VI.*

*Ex ratione donationis arguetur.*

*Successoribus renuntiationem præiudicasse.*

*Donatum Ecclesia in detrimentum Regij patrimonij non cedit.*

Illud tamen potest vterius responderi, donationem prædictam non potuisse successoribus præiudicare. Quod tamen nullius est roboris. Cum enim concessio illa ad instantiam ipsorum Regum à Pontificiâ Sede descenderit, sicut per eorum placitum impetrata est, ita & potuit per beneplacitum eorum dein ipsi renuntiari. Cum præsertim onerosa fuerit, grauamine imposito dotandi Ecclesias, & earum ministros ex bonis Regalibus sustentandi: quo pacto dubitari poterat an emolumentum, an detrimentum potius Regio patrimonio, ex quo tot extrahendi sumptus, esset allatura. Præterquam quod id quod datur Ecclesiæ, non censetur in damnum Regij patrimonij cedere: vnde donatio Constantini, quâ maior nulla iusta, sancta, & ab Ecclesiâ laudibus, & gratitudinis argumentis alijs celebrata; licet iura Imperij nequeant alienari. Pro quo sunt scriptores circa Cap. Constantinus, 90. dist. & præterea Rebuffus de decimis cap. 10. num. 17. in propriis terminis. Rubens de iuribus Regalibus Priuilegio 11. Philippus Probus in eodem Tractatu 9. q. 2. num. 15. & quest. 60. num. 10. & 36. & quest. 61. num. 2. Valeruela

zuela contra Venetos Parte 2. num. 12. Thomas Bozius de signis Ecclesie Tomo 3. lib. 10. Cap. 89. Anastasius Germonius de immunitate Eccles. Cap. 9. per totum. Valdes de dignitate Regum Hispanorum Cap. 21. Dom. Solorzanus Tomo 2. lib. 3. Cap. 4. num. 10. & seqq. & Cap. 12. num. 62. vbi plurimos congerit. Et in Politicâ Lib. 4. cap. 4. num. 12. P. Molina Tomo 1. tractat. 2. Disput. 25. apud quem Bartholus, Panormitanus, & Maior. Quod ergo ad donationem Alexandri Sexti spectat, non habere jam vim vllam, dictâ renuntiatione positâ, satis ex dictis habetur manifestum.

*Concessionem Alexandri ab alijs Pontificibus confirmatam, unde ostendi queat.*

*Duorum Nouenorum iustificatio.*

*Videtur esse per modum salarii ob protectione.*

*Sed non admittitur.*

50 Quia verò dicitur concessionem præfatâ ab alijs summis Pontificibus confirmatâ fuisse, vt videri potest apud Dom. Solorzanum Lib. 3. cap. 1. num. 7. & in Politicâ, pag. 499. licet nullum in speciali adducat; quod & videtur admittendum ex eo quod erectio non Ecclesiæ Cathedralium, quæ ex auctoritate Apostolicæ Sedis fiunt; ad eandem Sedem cum debita obedientiâ & submissione remittuntur, vt per eam, si oportere visum fuerit, approbentur & confirmantur: quod semper ob summam ipsarum erectionum iustificationem, & conuenientem dispositionem, obtinetur: vt testatur Autor idem cap. 4. num. 5. In ipsis namque erectionibus distributio decimarum recensetur, & Nouenorum duorum ratio redditur, qui Regibus nostris in signum superioritatis & Patronatus juris assignantur. Non possent autem Noueni tales tribui, nisi in Regibus nostris jus aliquod esset speciale ad illos ex tali assignatione leuandos. Ob superioritatem enim, & jus patronatus præcisè non potest Ecclesia Cathedralis pensionem sibi ex decimis soluendam imponere, quæ vim legis teneat; cum præsertim adeo pinguis sit in multis Episcopatibus, vt viginti millia argenteorum ponderum, seu octi-regalium excedat. Iustificari ergo illa potest, quia est veluti portio ex decimis, quæ ad Reges nostros per concessionem Pontificiam pertinent, sibi ab eisdem reseruata.

51 Nisi forte dicatur Nouenorum assignationem esse per modum solutionis, eò quod Regi vt Patrono aliquid per modum salarii debeatur, quandoquidem Ecclesiæ Indicas speciali defendit curâ, & erga earum rectam administrationem magna gubernationis versatur pars, ministrique plures sunt in Regio Consilio, & Audientiis alijs, in quorum sustentatione quaestuosisimæ expensæ fiunt, ad quas videtur æquissimum vt Ecclesiæ liberali recognitione concurrant; in quarum commodum totus iste cedit prouidentia Regalis apparatus.

52 Verùm responsio ista nequit sustineri. Nam Reges Catholici tenentur ad protectionem Ecclesiarum, etiam nullo ab ipsis, quod rationem salarii habeat, pretio reportato. Aliàs Ecclesiæ ad tributa & gabellas tenerentur, quæ eo titulo Regibus à vassallis conferuntur: quod est manifestè contra immunitatis prærogatiuam. Vnde in orbe Christiano nihil tale reperitur. Et sic L. 55. Titul. 6. Parte 1. statuitur vt Regibus ob donata, titulo dotationis nihil sit tribuendum ab Ecclesijs. Quod si in Hispaniâ Tertia, & subsidium ac Excusatum, quod vocant, Regi penduntur; id ex speciali Sedis Apostolicæ prouilegio aut concessionem procedit. Et pro India

rum Ecclesijs est ratio specialis, ad quarum protectionem tenentur Reges nostri ob Indiarum amplissimam donationem eo titulo factam: vnde suis stipendiis non militant in huiusmodi protectione, sed illa satis cumulata recipiunt thesauris Indicis reportatis. Doctrina erga prædicta nequit sustineri.

*Reges Catholici ad Indiarum Ecclesiarum tenentur protectionem.*

S. III.

*Circa duos Nouenos obseruanda doctrina, & nouum robur ex Regia cessione.*

53 **P**ropter dicta nuper sunt qui scrupulosam censent Nouenorum huiusmodi pensionem; eò quod ad illam portionem leuandam ex concessionem Sedis Apostolicæ, necessarium sit vt conditio ab eâ imposita impleatur; scilicet Ecclesiæ à Regibus Catholicis ex propriis bonis dotari, quod tamen non fit. Sicut autem conditio impleri debuit ad leuandam integrè decimas, ita & ad eius partem, si illa in Pontificiâ fundatur concessio; fundamentum autem aliud iam vidimus non extare. Et hi quidem videntur supponere præter concessionem Alexandri Sexti, aliam non esse, ratione cuius Regibus nostris jus possit competere decimale. Vnde non apparet ita compertum, quod Dom. Solorzanus protestatur, scilicet alios idem concessisse Pontifices, dum concessum confirmant. Et mirum profectò est confirmationem talem in speciali non produci, ex cuius tenore multæ possent circa hoc difficultates & scrupuli submoueri.

*Duorum Nouenorum pensio unde scrupulosa videtur.*

54 Præterquam quod vbi de fundatione & donatione Ecclesiarum agitur, & quantâ cum exactione circa hoc Regum nostrorum prouidentia versetur, ad Bullam Alexandri Sexti recurretur, & iuxta formam in eâ expressam omnia peracta demonstrantur. Pro quo videndus Dom. Solorzanus Lib. 3. cap. 4. num. 2. & seqq. & in Politicâ Lib. 4. cap. 4. in principio; vbi ait à Regibus nostris fundatas Ecclesias, & eorum curâ Episcopatus constitutos & conuenientes ministros assignatos, liberaliter fructibus pro eorum sustentatione relictis, sibi prius ab Apostolica Sede concessis; & vbi decimæ non sufficiunt, ex Regijs iuribus, & redditibus ad eandem sustentationem comperentibus prouentibus assignatis; addens tandem in hunc modum: *sequentes nimirum tenorem Bullæ dictæ concessionis, ibi: Assignata prius realiter, & cum effectu, &c. de vestris, & eorum bonis dote sufficiente, &c.* Non ergo Bulla alia esse videtur, cuius tenor in hoc negotio debeat obseruari. Et quidem cum post prædictam concessionem præcipua fuerit Indiarum detectio, vt eius comparatione, quod tunc erat, parui debuerit æstimari: Bullæ circa fundationem Ecclesiarum, & Episcopatum erectionem impetratæ, magis esse speciales debuerunt: vnde iuxta earum tenorem, quæ ad hoc spectant potius peragenda. Cum ergo nihil videamus tale, videntur Bullæ tales non extare.

*Augetur difficultas ex recursu in erectionibus ad Bullam Alexandri.*

55 Nihilominus non damnanda Nouenorum constitutio, & eorumdem exactio, quia quod ad concessionem Pontificiam desiderari potest,

*Defenditur tamen illorum pensio & exactio.*